

Medicamenta

¶ mouetur et non mouetur. **D**icendum quod iste modus arguendi non est formalis, sed quo ad formam: est fallacia ignorantie elenchi, quia tunc illud est argumentum ad impossibile sic sufficit ad suum oppositum, accipit enim unum manifeste falsum cum manifeste vero ex quibus inferitur suum oppositum, quia sumit ex supposito aduersarij istam falsam magnam et primum contrariatur cum illo vero contrarietas solum est in formis absolutis, et tunc inferitur sua conclusio quod contraria sunt simul in eodem.

Instantia qd prima 440/3

Maxime autem circa locum videtur esse contrarietas quantitatis, sursum enim ad id quod est deorsum contrarium ponunt locum qui in medio est deorsum, dicentes eo quod multa medij distantia ad terminos mundi sit, videntur autem et aliorum contrarietatum diffinitionem ab his perferre, que enim a se invicem multum distant eorum que sub eodem sunt genera contraria determinat.

Dic philosophus ponit secundam instantiam contra dictas proprietates, dicens quod maxime videtur aliquibus philosophis antiquis quod circa locum qui est quantitas sit contrarietas, ita quod locus loco sit contrarius. **S**ursum enim putat locus sine loci differentia ponunt antiqui philosophi contrarium ad locum qui est in medio quem vocant deorsum. Ratio autem quare per dicta loca dicitur esse contraria est quia multa et maxima distantia loci medij deorsum est ad indivisibiles terminos, id est circūferentias quod circa circūferentiam est ubique sursum et circa centrum ubique deorsum. Et ita antiqui videntur perferre etiam aliorum contrarietatum diffinitionem per hoc quod dicunt ea esse maxime distantia transsumentes distantiam localem ad eam que est essentialis repugnantia formarum, determinant enim siue diffiniunt illa esse contraria que sub eodem genere multum a se invicem distant. **U**nde philosophus ex terra sursum et deorsum videntur esse contraria quia diffinitio contrarietatum eis convenit, sed ista contraria sunt que sub eodem genere posita sunt et maxime a se invicem distant. **E**t istam instantiam non solvit primo ideo, quia determinare de loco spectat ad physicum cui ista questione relinquit. **S**ed quod eius solutio satis ex precedentibus haberi potest in simili de magno et parvo putat magnum et parvum habent rationem perfecti et imperfecti circa motum augmenti et decrementi, etiam sursum et deorsum non maxime distant

quod polus arcticus et antarcticus plus distant, quare non contrariantur.

Ad idem quod sursum et deorsum contrariantur, ergo etiam locus sursum et deorsum tenet proprietatem, quod inter illas differentias loci est motus localis.

Ad idem quod sursum et deorsum capiunt dupliciter uno modo mathematice siue logice per naturas suis proprietas, et sic non contrariantur nec causant motus contrarios. **A**lio modo capiunt physice per influentias que sunt in locis sursum vel deorsum, et sic contrariantur et etiam faciunt naturas vel formas contrarias in istis locis, puta naturas calidam et frigidam ad quas sequitur contrarietas in moribus.

Sed non videtur quantitas suscipere et magis et minus ut bicubitum neque enim est aliud alio magis bicubitum neque enim in numero ut ternarius quaternario, nihil enim tria magis dicuntur quam quatuor neque tria potius quam tria, nec tempus alio magis et minus dicitur, nec in his que decem sunt omnino magis et minus dicitur, quare quantitas non suscipit magis et minus.

Dic philosophus ponit secundam proprietatem, dicens quod quantitas non videtur suscipere magis et minus siue intensione et remissione sicut nec substantia, et hoc patet exemplari inductione in quantitate continua et discreta, quod bicubitum non est alio bicubitum magis bicubitum, nec bicubitum est magis quam tricubitum, neque in numero est magis vel minus, unus enim ternarius non est magis vel minus ternarius quam alius, neque tria magis vel minus dicitur tria quam quatuor dicitur quatuor, neque tempus unum quod dicitur magis vel minus quam aliud, vel dies non magis dicitur tempus quam hora vel minus quam dies, **N**eque in his omnibus que superius dicta sunt omnino est magis et minus que sunt linea superficies ordo et cetera. **C**oncluditur ergo ex sufficienti inductione quod quantitas non suscipit magis neque minus siue intensione et remissione.

Queritur. **Q**ue sit ratio huius proprietatis. **A**d idem quod ista quia susceptio magis et minus causatur ex participatione trium cum quatuor, et ex puritate trium ad quatuor si quantitas non habet trium ut dicitur proprietates precedentes, sequitur quod non suscipiat magis et minus. **E**t ad idem alij aliam rationem, quod suscipere magis et minus est aliud magis vel minus per se in suo proprio esse specifico, si quantitas non per magis et minus per se in suo proprio esse specifico, igitur minor pars quod est etiam indivisibilis possit, ut pars in numeris quia in ipsis addita

quod dicitur